

Sted

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii direttore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

SOLEMNIA MEDICI DOCTORALIA
IN
VIRO
NOBILISSIMO, DOCTISSIMO ATQUE
EXPERIENTISSIMO
JOHANNE JACOBO
SCHMIDIO,
IN
ACADEMIA JULIA

A. C. MDCCCXXVIII, d. XXIII, Aug.


RITE CELEBRANDA

FAUSTA JUBET ESSE

J. A. BALLENSTEDT, Wolfenb.

HELMSTADII

LITERIS SEBASTIANI BUCHOLTZII,



Hæc dies aderat, niveo signanda lapillo,
Sacraque Nominibus SCHMIDII laudique perenni,
Officiisque nouis digne votisque colenda.
Nec mora, nec requies: celerabant vndique cursus
Dulcis amicitia connexi foedere firmo,
Optatas auras & semper fausta precati
Grata, per ambages exorsaque, verba ferebant:
Scribebat meritas Musarum carmine laudes
Docta cohors: Cultu SCHMIDIO nec deerat vllus.

Vt mea mens lucis festas & splendida cernit
Omnia, turbatur fugiens correptaque partes
In varias magno curarum fluctuat æstu,
Vt celebret Medici lautos vt reddat honores.
Enage, præpes ait, nec iam vestigia siste,
Vtque tuo SCHMIDIUS viuat fac carmine lætus,
Et meritas laudes ad coelum tolle canendo.

Dixerat. Obstupui magis ipsa, forte timore,
Ne mihi dedecori sim, versus nescius apti.
Ast esset facinus, quicquid mens dicitur æqua,
Nolle sequi. Extemplo circumvagus vndique cogo
Auxilia & carmen coepi tentare latinum,
Sed non melle suo suadam tinxisse labella,
Nec fore Virgilio nec Homero tempore quamuis
Longo me sensi similem: Pes languidus hæsit;
Commoda nec numeris vidi me necere verba.

Fortè aderat vates communis, hic incipit ore:
Surge age Castalios fontes & sæpius vndas
Et quicquid Musæ, quicquid tibi donat Apollo,
Effer. Tentavi, multosque exinde bibisse
Atque vndas late vidi fudisse per orbem.
Hinc omnes implent vates concentibus auras,
Omnibus & lectis vnum legisse putabis.

Pauca tibi e multis, nimiis ne potibus alti
Parnassi titubem grauis haut secus ac si
Stantque labantque pedes dubii, quem vina grauarunt,
Expeditam dictis. Igitur cui Delphica tellus
Et Claros & Tenedos Pataræaque regio seruit,
Phoebus aqua cyathos sacrata plena ministrat:
Scandunt lauriferum celeres Heliconæ Camoenæ:
Hic tonat omnipotens sacra cum coniuge rector
Coelicolum; Celsa quoque confidet Acolus arce:
Hic ignes calidos accendit Cypria virgo.
Pegasus hic offert sua dona ex fonte Aganippes,
Musa mihi causas memora, cur talia fingant,
Cur spernenda diu stygiis reuocentur ab vndis?

Sic notus Chiron nec non Podalirius, arte
Vt fertur pollens medica, sic Pæon atque Machaon
Sive Melampus opem subitam viresque rogati
Misisent faciles, atque illis adsimulare
Vel potius nostros Medicos præferre vacasset;
Sed veritus, curuis vetulis, fatuis & agyrtis
Ne fuerint nostris peiores, prorsus omisi.

Edere nec lubuit pergrande sonantia verba.
Quæ potius vidi, qualesque domestica præbent
Munera opes, liceat mihi fide promere, si quid
Ad festas SCHMIDII lucas adferre valebo
Læti vel grati, SCHMIDIO sit omne dicatum.

Illi igitur placuit Medicis intendere rebus
Pectora iam dudum, morbis vt corpora quondam
Alleuet ac tuto medicas exerceat artes,
Nil intentatum plane nil linquit inausum,
Post initos cursus externas missus in oras
Protinus emicuit fatis, multosque per annos
Lustravit rerum Medicarum foeta peritis
Nil prauī metuens horrentisque loca omnia circum,
Coeporumque operum progressus Numine summo
Auspice inoffenso pede, qualem academia donat
Contigit effugiens spatium percurrere vitæ.
Propositamque viam fatis ingressus iniquis
Nunquam, foecundæ tentauit viscera terræ,
Quasque recondidit stygiisque admouerat vmbri
Perscrutatus opes, vt sit dimensa metalli
Fossilis & succi lapidumque salisque per acris
Vis diuersa, simul possit cognoscere causas
Corporis & motus penitus rerumque latentes,
Contudit, secuit, coxit, mutauit & vssit,
Quicquid vel coelum pelagus vel terra ministrat:
Arboris & plantæ, cursu quas transiicit herbas
Sæpe rudis, scite varias inquirere vires

Coepit & ipsum hominem scrutandum tangere dextra:
Caetera nec timuit ressecans animalia terræ.
Improbos ille labor. Quem si decurrere totum
Carmina iam vellent, prius essent vota ferenda:
Dent superi vatam splendores valde remotos,
Vt sint conspicui SCHMIDII celebresque labores.

At, non fixus honot satis est qui carmine venit;
Excipiunt SCHMIDIUM mansuri semper honores,
Adfiduumque decus DOCTOREM ad sidera tollit:
PERDOCTI CAPITIS cinget iam tempora sertum:
Pileus & solitus mox angustabit AMANDI
Laude VIRI frontem. TÈ non felicior alter:
Ominibus curris dextris. Ergo accipe lætus,
Quam virtus artesque TVAE TIBI rite pararunt
Laudem, nec fieri sine quouis tempore lassam.
Non fiet, credo, si talibus utitur orbis
Morbosus Medicis, qualem se SCHMIDTIVS edit,
Corpora mortiferis vt morbis ægra trahantur.
Cum iecur & pectus febris conqussat anhela
Densque tremit stomachique simul vis insita torpet,
Debilis & venter suffusa tumet ab vnda,
Tabificusquetenet torpentia corpore membra,
Quando dira lucis centum vagata per vrbes
Inque locis bachans vrnas & funera densat;
Vt feritate tabis succumbant vndique morti:
PRUDENTIS SCHMIDII tanget pia dextera virus,
Et cunctis operam morbis medicabitur aptam:
Deficiet propior SCHMIDIVS dum consulat ægro
Morbus, ab interitu sapiens reuocabit acerbo
Putrida iam dudum valido medicamine membra:
Eloquii veneres, circumflua lingua verbis
Ingeniumque VIRI cruciatos sæpe leuabunt.

Sic fama SCHMIDIUS multis memoratus in oris
Felix ante alios centenot viuet in annos,
Et semper lætos hilafabunt gaudia vultus.



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
rest. nicht vergeben!




1077

R.40



olori
i.
s.



SOLEMNIA MEDICI DOCTORALIA
IN
VIRO
NOBILISSIMO, DOCTISSIMO ATQUE
EXPERIENTISSIMO
JOHANNE JACOBO
SCHMIDIO,
IN
ACADEMIA JULIA

A. C. MDCCCXXXVIII, d. XXIII, Aug.
RITE CELEBRANDA

FAUSTA JUBET ESSE

J. A. BALLENSTEDT, Wolfenb.

HELMSTADII
LITERIS SEBASTIANI BUCHOLTZII,